

GUALTERI CHARLETONI
EXERCITATIONES

DE

Differentiis & Nominibus ANIMALIUM.

Quibus accedunt


MANTISSA ANATOMICA,

Et quædam

De variis FOSSILIIUM generibus,

Deque differentiis & nominibus COLORUM.

Editio secunda, duplo fere antior priori, novisque iconibus ornata.



Adami Samuelis Thebesii Stralberg. et. C. cl. 1700.

OXONIÆ,

ET THEATRO SHELDONIANO, An. Dom. 1677.

A decorative flourish or signature mark, possibly a stylized monogram, located at the bottom right of the page.

Animalia Quadrupeda.

2. *Διζυγία*, *Bifulca*, quorum pedes binis fissuris utrinque, hoc est, à parte anteriori & posteriori, diducuntur: **Clow-footed**.
3. *Πολυδύκτυλα*, *Multifida*, & multipliciter *digitata*; quod pedes, manuum nostrarum instar, multifidos habeant: **Claw-footed**.

II. Dividuntur omnia ratione diverforum modorum *Generationis*, in *Vivipara* & *Ovipara*; quod nempe in *Viviparis*, uterus sive locus in quo foetus formatur, sit intra animal ipsum, cujus calore fovetur & perficitur: in *Oviparis* vero, uterus, i. e. ovum, extra animal exponitur; quod tamen illud non minus incubando fovet, quam si adhuc intra corpus suum amplecteretur.

Rationi consentaneum videtur, omnium animalium perfectionem Generationem fieri per viam *ecstaticæ impressionis* ideæ, in ipso actu coitus maris & feminae. Quod in *Oviparis*, demonstratur ex ovis subventancis; in *viviparis*, ex eo quod feminae nunquam pariant absque fecunditate maris. Et, ut immortalis nostrum *Glissonio* videtur, in *Oviparis* Spiritus ovi regens ecstático quodam modo idea pulli formandi imprægnatur; & ab eo ipso totum ovum fecundatur: in *Viviparis* vero, Spiritus quidam, in ecstasi coitus, idea prolis concipiendæ afflatus, in ea parte uteri cui postea adnascitur placenta excitatur; ibidemque suo tempore pronascitur vesicula quædam aquosa materia repleta, quæ indies aucta, apparet tandem instar ovi, in quo foetus formatur. Ratio cur credamus, in *Oviparis*, excitari ideam formatricem primo in Spiritu regente ovi; at paulo aliter in *Viviparis*, ipsum uterum primo Spiritu ideam formandi afflato imprægnari, est quod ovum, ex historiis *Harvæi*, jam formatum, sed nondum exclusum, admissio gallo fecundum fiat: at in *Viviparis* tempus conceptus, ut & tempus gestationis, à coitu computeur. Ad hæc, *Harvæus* ipse in damis & cervis post coitum nihil in uteri cavitate comparere asserit; sed in utero ipso manifestas alterationes ab initio deprehendit. Constat itaque ex dictis, hunc modum Generandi manifeste procedere per excitationem ideæ prolis, quam seminalis materia recipiens approbat eligit, & conformiter foetum format. De hoc mysterio solertissime omnium conscripisse videtur modo laudatus *Glissonius*, lib. de *ventriculo & Intestinis* cap. 20. quo lectorem remittimus.

Cæterum ne ipsum vocum istarum, *materiæ* nimirum *seminalis*, *virtutis plasticæ*, & *ecstaticæ* impressionis ideæ, obscuritate impeditum ac hærentem dimittamus; æquum est, quid per unamquamque earum velimus, strictim hic interpretemur. Per *materiam* igitur *seminalem* intelligimus, proprium subiectum alicujus virtutis seminalis, quæ aliquam naturam seu effectum seminalem producit. *Virtutis plasticæ* nomine indicatur, vis illa formatrix, quæ resultat à natura

Animalia Quadrupeda.

seminali, quatenus ea idea futuri partus imprægnatur, cujusque virtus duplex est, *Similaris* nempe, quæ materias feminales ad organa construenda requisitas præparat, *Organica*, quæ ipsa organa rotius & singularum partium juxta ideam in se conceptam fabricat. Per *impressionem* denique *ecstaticam* intelligimus, ideam ipsam formandi foetus, appetitu primum naturali, dein etiam animali in genitalibus, concurrente phantasia, conceptam, & Spiritui materiam seminalem regenti, in ardore coitus (quo potissimum tempore Phantasia per uteri desiderium ac inquietos motus, ad concursum suum in opere generationis præstando præbendum impense sollicitata, & à sensuum omnium ministerio pro tempore abstracta, *ecstasi* patitur) impressam, & cujus ad exemplar foetus demum ab eodem spiritu formandus est.

III. Ratione *Respirationis*, dividuntur in ea (1) quæ branchias habent numerosas, ac per totum corpus dispersas; ut pleraque *insecta*: (2) quæ branchias habent prope collum utrinque dispositas; ut *pisces* fere omnes, Cetaceis tantum exceptis: (3) quæ pulmonibus dotantur; ut *perfectiora* omnia. De his vero sigillatim in sequentibus.

SOLIDIPEDUM Classis.

INTER SOLIPEDA censentur

I. EQUUS (vel quasi *Equus*, quia Equi, quando quadrigis jungebantur, æquabantur, paresque forma & similes cursu, copulabantur; ut *Isodoro* placuit: vel ab *ὄζο*, *veho*; ita dicatur, quasi *oculus vellechus*, ut *Martinio* & *Vossio*) a *Porte*,

Qui est vel

Admissarius, a <i>Stallion</i>	} <i>Porte</i> .
Curforius, a <i>Running</i>	
Veredarius, a <i>Post</i>	
Defultorius, a <i>Light</i>	
Plaustrarius, a <i>Cart</i>	
Veſtarius, a <i>Wack</i>	
Molarius, a <i>Mill</i>	
Succuffarius, a <i>Crotting</i>	
Tollutarius, a <i>Ambling</i>	
Cataphractus, a <i>Warb'd</i>	
Sellarius, a <i>Saddle</i>	
Mannus, a <i>little Mugg</i>	
Caballus, a <i>Palstrey</i> , or <i>pad-Pag</i> ,	

Ad *Cervorum* familiam spectant

Tragelaphus, qui Hirco & Cervo similis est (unde nomen) **the Goat-Deer**. Germani vocant **Brandthirsch**, quod nigrioris coloris sit, quam Cervus: quo etiam major est & robustior. In sal-tibus Bohemiæ vicinis frequens est.

Tarandus, **the Reith-Deer**: septentrionalibus, quibus familia-ris est, **Reithschier** dicitur. Tergori ejus tanta durities, ut tho-races ex eo faciant.

Rangifer (ita dictus duplici ratione; tum quod in capite alta cornua, velut arborum ramos, gerat: tum quod instrumenta, cornibus pectorique, quibus hyemalia plaustra trahit, imposita *Ranga* & *Loga*, patrio sermone, vocentur.) *Sanguis* ejus excellentissimum perhibetur *Scorbuti* remedium: & *Ungulae* Spasmodicis profunt. Manfacti hujus & variis usibus humanis percommodi animalis histo-riam expressit tradidit Doctiss. *Job. Schefferus* in descriptione *Laplan-diae*: ubi ipsum & à *Tarando* plane distinctum, & illi regioni pro-prium esse asserit.

Alces, Germanis **Elend**, Angl. **the Elk**. De quo *Cardan. lib. 10. de subtiliis*. Ungulae ejus *Epilepsia* & *Hysterica* affectioni sum-mopere opitulatur.

Dorcas (*αλεξ. δ. δειρα*, *video*, quod acutissime videat) *Capreolus*, **the Roe-Buck**, Scotiæ perfamiliaris.

Pygargus, fera specie Cervi, quæ retriores partes albas habet: ideo & *Pygargus* dicitur, quia Græcenates *πυλὰ* dicuntur. *Vetus Scholiastes*.

VI. RHINOCEROS, cui nomen à Cornu, quod è naso pullu-lat, datum est. Cujus Cutis instar Elephantinæ, rugosa admodum est, cum profundis plicaturis; adeoque crassa, ut icui Japonicæ machæræ facile resistat. **The Horn-nose**.

BISULCORUM NON-CORNIGERORUM Classis.

E NON-CORNIGERIS sunt

I. CAMELUS, *Κάμηλος*, (velab Ebraico, *Camal*; vel à *Κάμνω*, *laboro*, est enim animal ad labores uatum) **the Camel**. Cujus species sunt

1. *Camelus* proprie sic dictus, qui ratione regionis est vel
 1. *Arabicus*, qui vocatur *Hughum*, ingentis staturæ & roboris, pondo mille librarum ferens.

2. *Bactrianus*

2. *Bactrianus*, cui bina in dorso tubera sunt, unde *δευλος* & *δευλος* dicitur, oneribus ferendis & equitationi aptissimus.
3. *Caspus*, qui unum in tergo tuber, alterum vero in pectore, cui incumbat, gerit. Ut *Sam. Purcas, peregrinat. l. 6. cap. 1. f. 2.*
4. *Indicus versicolor*.
2. *Camelopardalus* (à *Camelo* & *Pardalo* nomen sortitus) moder-nis *Giraffa*; tanta in anterioribus proceritate, ut diductis la-tissime tibiis cibum & potum capere cogatur. Corporis vasti-tate Camelum, macularum varietate Pardum imitatur. Re-peritur in Africa, apud Troglodytas, & in Æthiopia.
3. *Dromedarius*, minoris quidem staturæ, sed cursus velocioris: Unde & nomen habet (nam *δρομος* Græce cursus velocitatis ap-pellatur) **the Dromedary**. Centum & amplius millaria uno die conficere solet.

BISULCORUM NON-RUMINANTUM Classis.

- I. SUS, *ὄρ*, a *Swine*. (Sic dictus forsan à *σῶω*, *makto* & *sa-scrifico*, quia id animal sacrificiis accommodatum: ut *Varro, 2. de re rustic. cap. 4.*) Cujus varia occurrunt nomina, viz.
 - Porcus*, *χοῖρον*, quasi *spurius*, quod se cœno & limo immergât: a *Hog*.
 - Scropha*, *χοιμαῖς*, *μέσφα*, Porca quæ sæpius peperit; an *old Sow*.
 - Verres*, porcus non castratus, & mansuetus; a *Boze*.
 - Aper*, a *wild Boze*.
 - Maidis*, verres castratus, a *Celt Hog*, or *Barrow Pig*.
 Eius ex Carne & aliis conficiuntur (1.) *Pernæ*, *Camons of Bacon*; (2.) *Callus aprugius*, *Brawn*; (3.) *Uscia*, *Sauciges*; (4.) *Prosecta*, *sticates of sweet-breads*; (5.) *Lucanica*, *Andulia's*; (6.) *Falisci*, *Farcimina*, *Puddings*; (7.) *Funduli*, *Hiræ*, *Chitterlings*; (8.) *Botelli*, *dryed puddings*; (9.) *Apexabones*, *Harlet-puddings*; (10.) *Tomacula*, *Liberings*; (11.) *Offa*, a *Pudding-ple*; (12.) *Afratum*, a *kind of meat of Swines-flesh, like froth*; (13.) *Tuceta*, *minced meat*; (14.) *Sartuli*, *Hogs-flesh mixt with meal and fryed*, &c.

Ad genus suillum referuntur.

Taxus porcinus, **the Pig-Badger**.
Sus Cornutus, **the Horned Swine**.

D

Babi-